

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de maledicenti nequitia. ca. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

& omnes carnis molestias supererit, fide firmus, spei plenus, charitate feruidus, & ad bona tandem perueniat sempiterna: benedicatq; ei dominus ex Syon, qui fecit cælum & terram. Hic quippe benedicendi mos Apostolorum proprius fuit, ut eoz scripta testatur. Omnes fere Pauli epistolæ sic finiuntur, ut eis ad quos directæ sunt gratiam precentur & pacem, non huius mundi pacem vel gratiam, sed dei patris & domini nostri Iesu Christi & sp̄sancti. Nihil ei deesse poterit, quem ubique dei gratia comitabitur. Qui autem linguam suam ad beneficendum assuefecerit, hic vere Christi seruus habebit, illorum in cælo copulandus consortio, quorum morem in terra fuerit æmulatus.

Apostoli.

## De maledicēti negotia. Cap. XXIX.

**V**T autem benedicendi studio diligentius incubamus, opportunū videtur nunc scrutari, quantum mali maledicis & impuræ linguae hominibus propriis Reg. 2. possumus. Semeiū cuius maledicta patienter pertulerat rex David, vltus est poste a rex Salomon: & ille quod regem incessere ausus fuerat, capite mulctatus pœnas dedidit, non ab eo hoc passus cui iniuriam intulerat, sed ab eo qui punire debuit alijs illatam, domino iubete: Principi populi tui non maledices. Magis tamen pœna illa Exod. 22. verenda est, de quod Apostolus ait, maledicos a regno dei 1. Cor. 6. excludendos cum fornicarijs & idolorum cultoribus. Qui autem inde repulsi sunt, eos ad inferos cruciari certum est, quoniam impn ac sceleri non solum bono summo priuantur, sed etiam supplicijs ascribuntur æternis, ita vt lingua nequam nulli pernitosior sit, quā ipsi cuius est. Mordet alios maledicus, & semet maledictionis suæ telo conficit, similis viperæ illi, quod cū manū Pauli apostoli mordicus apphendisset, nihil illum læsit, sed ipsa in ignem excussa & exusta periret. Perire non debuit dicet alius, quod non læsit: sed ideo non læsit, quod a deo prohibete lædere non potuit, perire aut quia lædere voluit, & morte quod alteri inferre tentauit, iuste ipsa pertulit. Sic maledicus dominis oris sui, procacitate alios offendere concupiscit,

Actu. 18.

lc

- Exod. 21.** licet non offendat, tanq; si offenderit, pœnas dabit. Vnde in lege scriptū est: Non solū qui percutserit, sed etiam qui maledixerit p̄fī suo vcl matri, morte moriat. Et in alio loco: Non maledices (inquit) surdo , nec coram cæcō pones offendiculum. Maledicit surdo , qui de absente ob loquīt. Cæcum offendit, qui opprimit incautum. Hinc etiam ait: Non eris criminator & susurro in populis. Deinde adeo magnum vitium est maledictia, vt probis honestisque viris interdicta sit cū maledicō consuetudo, dicente i Proverbiis Salomone : Remoue a te os prauum, & detrahentiū labia sint procul a te. De quibus Ieremi. 9. remias ait : Sagitta vulnerās lingua eorum . Vulnerāt em & illos qui libenter in alios dicta auscultāt, & illos de quibus dicta sunt, si impatienter tulerint. Ipsi tñ qui detrahunt, multo magis sibi q; aliis nocent, domino per Osee prophetam sucllamante ac dicente, Cadent in gladio principes eorum a furore linguae suæ, id est, qui alios linguae suæ petulantia peruerunt, ipsi cadent gladio diuini iudicii , de quo surgere ultra non poterunt ; Quæstio . cum corruerint in interitum sempiternum. Quæris quare in prophetis & in psalmis leguntur maledictiones . Illæ quidem non ex odio execrantis, sed ex vaticinio futurum prædicentis editæ sunt, & cum sanctorum in scripturis maledicta, iudicis dei sententiae sint nobis qui futurorum ignari sumus, maledicere nemini licet, nisi forte cum hæreticos impiis assertionibus ecclesiam perturbantes, apostolica autoritate deuouemus. Hoc egit Paulus, cum Galatis, quos docuerat, a pseudapostolis timeret, Vtinam (inquit) abscondantur, qui vos conturbant. Maledixit & Petrus Simoni mago, q; spiritus sancti dominum venale putauit, pecuniam offerendo, vt miracula faciendi potestatem acciperet . Omnes itaque qui peruersi aliqua doctrina , rectæ religioni aduersantur, quia deo iniuriam faciunt, sub anathemate censentur, ut potest diversi ab ecclesia, & non Christi, sed satanæ membra facti, pro quibus tamen oramus, vt domino miserante errorum suum agnoscant, & conuertantur , & salvi fiant. Atque ita eis etiam quorum impietatem maledicimus,
- Prou. 4.**
- Ieremi. 9.**
- Osee. 7.**
- Galat. 5.**
- Actu. 8.**

## De charitate Liber VII. 525.

benedicere solemus , dum illos ab ignorantiae tenebris ad lucem veritatis reuocari cupimus & precamur. Maledictio vero quæ illis infertur , qui maledicendi non sunt, plerumq; diaboli suggestione fit . Et tunc quidem imitandus nobis erit Balaam ariolus, qui (vt in Numeris legimus) a Balach Moabitarum rege conductus, vt malediceret Israelitis . Et econtrario a domino iussus ut benediceret , maluit deo quam regi obtemperare , atque pro maledictione intulit benedictionem . Amalech deuorans interpretatur, eumque designat, qui deuorare animas hominum concupiscit . Sed qui Balaam est , deprehensis inimici dolis , magis queret benedicendo obsequi deo , q; maledicendo diabolo . Qui enim obsecetur deo, merebitur pmiūm, qui diabolo, supplicium

Balaam.  
Num. 22.

## De calumnia & detractione.

### Cap. XXX.

**A**D hæc, quoniam omnis offensa quam per lingue intemperantiam alicui irrogamus, maledictum dici potest , etiam ille qui conuictiatur , qui que famam carpit aliorum, non minus maledicus est, q; qui deuoratione aliquem damnat . Conuictiis autem contendere atque rixari, insanire est, dicente Salomone , Omnes stulti miscentur contumeliis . Et iterum, Labia stulti miscet se rixis, & os eius iurgia prouocat. Tales quippe clementissimum dominum ad iracundiam prouocat, hisque per Sophoniam prophetam minatur dicens , Adui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon q; exprobauerunt populo meo, & magnificati sunt sup terminos eorum . Propterea viuo ego dicit dominus exercituum, deus Israel, quia Moab & Sodoma erit, & filii Ammon quasi Gomorrah . Ad inferos ergo præcipites delabentur Sodemæ & Gomorrhæ vrbium instar , q; linguam a contumelia probroque non coercent . Nam hoc quoq; illorum vitium est , quod tam impatientes ad feren dam contumeliam sint, quam audi ad inferendam . Gaudent insilire dorsis aliorum , suo autem velut in dō-

Proe. 20.

Soph. 2.